

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

De gaudijs beatissimæ matris ex filij resurrectione. Serm. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

nos tyranno, & crudelissimo hosti nostro diabolo. Tunc autem subiçimus, tunc proſtituimus, dum timore Dei abiecto, dæmonis ſuggeſtionebus acqieſcimus. Quarta, ſicut ad vnum hominem in matrimonio generandum conueniunt duo, qui, iuxta teſtimoniū Apoſtoli, erunt in carne vna, ita ex natura diuina & humana ſpirituali matrimonio vnuſ natiuitur Christus, vnuſ Emanuel, Deus homo. Quinta, quemadmodum à ſponſo ſponsa multis donis, xenijs ac munerebus in amoris teſtimoniū, atque in fidei pignus datur, ita natura humana, hoc eſt, anima quæuis caſta, quæuis ſancta, munera ac dona recipit à Chriſto gratiarum & gloria. Multæ enim erunt & ſunt beatæ animæ, que longe potioribus donis gratiarū excedunt quoſcunq; aut ſaltem multos angelos in gratia & gloria. Nec tamē inde erubescit, nec inuidet angelica natura forori ſuꝝ id eſt, humaꝝ natura, quia videt eam Deo deſponſatam in Chriſto ſibi q̄ue incomparabiliter prælatam. Charifimi fraſtres, fatagite, ut vnuſquisque caſtam, fidelem, amantem atque obedientem exhibeat animam Deo, tanquam ſponsam ornatam viro ſuo. Alioqui ſi defidera motiva ſectata fuerit, iudicabitur adultera. Super omnia nāque Deus diligit ac querit in anima fidelitatem, puta hanc, qua ſeipſam, hoc eſt, ſuum commodum, ſui honorem, ſui estimationem, ſuam pacem, ſuam quietem, anima non querat, ſed poſt habita potius ſeipſa, aut ſui omnino oblita, ſolū Dei ſponsi ſui intendat ac querat beneplacitum & honorem. Hunc enim ſoluſ honoratum, non contéptum deſiderat ſponsa quæuis fidelis, pro hoc ſolo zelatur ſui immemor: quandoquidem; & ſe & omnia ſua illi commiſiſit, eius prouidentiæ ſecurifima credens & bonitati, quod tanto copiosius ſibi ab eodem prouideatur, tanto felicius dirigatur, quanto minorem ipſa ſui curam gafferit, hoc eſt, quanto pro Dei honore & beneplacito ſe totam impenderit, illiqüe omnem ſui curam reliquerit. Hanc, inquam, fidelitatem Deus in anima tanquam in ſponsa ſua diligit ac querit: Quare charifimi, omnes inclinations, omnes affectiones noſtras, quibus tenemur, quibusve trahimur ad creatureſ reſcindamus, & mortificemus, ut ab omni occupatione cordis inutili, ab omni quoque affectione cordis ad creaturā quamlibet, cuius ſcopus, finis atque contemplatio non eſt Deus, nudi, expediti ac liberi, ſoli eidē ſpōlo noſtro Deo inhæreamus, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Diabolo
quando ſe
proſtituat
homo.
. Cor. 6.

2. Cor. ii.
Apoc. 21.
Fidelitas eis
eiusmodi
animam ſpōlo
ſuo cœleſti
exhibere de-
beat.

IN SOLENNITATE RESVRRECTIONIS Domini nostri Iesu Christi.

Degaudij beatissima matris ex filij resurrectione.
Sermo 1.

Reginā cœli letare, alleluia, quia quem meruisti portare alleluia: resur-rexit ſicut dixit, alleluia. Canticum eſt primum quidem ab angelis deinde etiam ab omni Ecclesia celebratum. Nemo fratres charifimi miretur, quod dà benedictæ Virginis gloriosæ matris Dei alloquio exordiar, & primum sermonis verbum cum festiuitas fit filij, dedicem matri. Quia ſi in corda noſtra oculos retorqueatis, probabi-tus in vobis in me tipſis, quam ſuaue quamque jucundum fit nunquam Virginis
CCC 3 huius

huius præterire memoriam, inter diuinæ laudes nunquam non prædicat honorum eius¹, in amorem denique eius cuncta conuertere. Et idem cum semper, tam modo præcipue visum est inter filij solennia non præterire matrem. Idque maximè quidem, quod filij resurrectionem annunciarí nulli magis, nulli prius congruat quam matri, ut pote quæ sola ijs diebus fedens matrone confecta, fide tantum & spe sustentatur, hos, quos nunciamus, gaudi rumores astuantissimis desiderijs expectans. Cui enim potius resurrectione prædicarem Saluatoris quam ei, quæ hanc sola firmiter credidit, certus sumus expectauimus? Aut cui prius gaudendum acclamare de vita redemptoris, qui ei quæ illius mortem omnibus vehementius doluit? Cuius maternum co-clavi, lancea, malleorum ictus secuerunt. Omnibus igitur prætermisso, illuc ad Virginis thalamum primo fuit mihi properandum. Illuc eminus commandum, *Regina cœli latere alleluia*. Exulta mundi domina, gaude gaudium nostrum quia quod sine viro cœcepisti, sine labore portasti, sine dolore genuisti, resurrexit, sicut tibi prædictum, alleluia. Enviuit quem mortuum planksi, en fulget gloriatus, quem opprobrium hominum, & velut leprosum abiectum vidisti. En lumine choruscatus, quem sputis oblitum & plagiis lividum aspexisti. Atque hoc cur à Maria exorsum sit, dixerim. Verum si congaudum nobis est Maria pro Christo operæ precium esse non ignorare, cur, quæ ratione, seu quibus sit gauisa modis. Et hoc docere me posse non proficer, sed vobis, id est, dæuotioribus & doctrioribus relinquendo. Cæterum simpliciter simplex dico. Gaudebat Maria primum, quod filius idem & creator suus in morte resurrexerat, quodque viuens ultra non moriatur, nec denuo morti illi dominetur quippe qui per mortem suam de inimico triumphavit, ipsius tyrannidem fregit, potestatem minuit, in dō ad nihil casu aut omnis superavit aduersitates & miseras, infernum destruxit, filios suos patres nostros captiuos liberavit, genes humanum redemit, patri suo reconciliavit, zetna mortis sententiam abstulit, cœlorum portas aperuit, ruinas angelorum restauravit, Ecclesiam in sp̄sam sibi dignissimam formauit, prophetarum oracula compleuit, sicque immensa gloria fructuque infinito inunctam libibi à patre obedientiam consummavit. His quomodo beata Maria non gratulari potuit! Congaudebat itaque Maria filii, resurrectioni, gratulabatur patri è limbo liberationi, exultabat pro humani generis redemptione, lætabatur pro discipulorum consolatione. Sic sic charissimi nobis est gaudendum, et ratione latandum: quandoquidem crebrius inter diuinæ hodie laudes exultare & gaudere monemur quod Christus resurrexit, quod Pascha nostrum immolatus est Christus. Cæterum, si qui sumus qui propterea dumtaxat gaudemus, quod hyems transiit, ieunium abiit, oleum recepsit, oua apparuerunt in mela nostra (tametsi forsan ita gaudere, haud usquequa que illiscrum sit) non est hoc tamen gaudium mentis, sed vœtris: nec tam spiritum renouat, quam obnubilat. Ad aliud nos gaudium sacra lectiones inuitant, quod nisi purificatio intellectu, inflammato affectu, & collecto vndequaque spiritu sentire non possumus. Et ideo qui ad interna exercitia sumus inertes, solitis distractiōnibus implicati, dæuotionis quidem seu amoris sentimentum et aliquid percipere possumus, verendum est tamen, ne forsan hoc acciderit magis ex cærementiarum & canticorum nouitate, quam diuinorum vel operum vel beneficiorum.

Psal. 21.

Esaiae 53.

Maria cur in
filij resurre
ctione ga
uisa sit.
Rom. 6.

Luc. 24.
1. Cor. 5.
Cant. 2.

beneficiorum contemplatione. Proinde ut spirituali gaudio cum Christo, sum Maria, cum sanctis Apostolis, cum beatis patribus, & postremo cum omnibus spiritualiter gaudentibus exultemus interiorem nostrum hominem (qui nisi in dies studio edificetur ad labefactionem sui festinat) renouemus. Quandoquidem propter hoc surrexisse Christum dicit Apostolus, *vi & nos in nouitate vite ambuemus.* Verum ad nouitatem vita nequaquam nobis attingere licebit, nisi vetustatis sentina obstructa, hoc est, nisi generali omnium vitiorum mortificata radice. Hæc radix est, nullius non experientia teste priuatus amor, quo ad seipsum quisque inclinatus sibi plus iusto fauet, placet, fudit, semetipsum querit, præfert, defendit. Inde cum sua sibi nimium placent, aliena omnia displicant. Adeo autem pestifera est hæc radix, ut contra-ria etiam inde simul germinent *vitia*, videlicet amaritudo & adulatio. Inde etiam agitur ut qui hoc vitio laborat, iudicio careat. Nam cum tacendum sit, loquitur, cum loquendum, tacet. Aegre fert alios laudari, quia minor timeret haberi; vituperari verò alios æquanimiter sustinet, quia alijs cupit præferri. Non audet corripere, quia timeret offendere. Monere formidat, quia non vult placere. Plura adderem, ni dies hic, non obiurgationis esset, sed consolations. Circa hunc igitur priuatum amorem extirpandum vigilemus. Scrutemur, quæ in nobis vitiorum monstra generent, quas excitet concupiscentias, quos nutrit affectus, quos timores incutiat, quibus studijs oblectetur, quem sibi finem præfigat, & inueniemus procul dubio in nobis innumera prorsus *vitia*, quæ alioqui non excussis internis, sincera putabamus & sancta. Proprius enim hic amor rationem adeo fallit & obfulcat, ut in *vitia* aliena oculissimi quique sua videre nequeant. Cum autem videre definunt, cœu tempore pacis arma abiecitur, vitijs molestari se non credit, putatq; se iā passionibus subiugatis dominari, dum contra ipsi vitijs suis biectis seruant, nec sentiant se impugnari. Proinde quia sui amor semper confusum ducit secum vitiorum exercitum, & tumultum passionum (licet eadem sentiat repugnans duntaxat non victus) inquietudo & amaritudo exructient eiusmodi hominem, necessaria est. Quando enim in Deo posit stabilis esse, qui nequit in se metipso quiccare? Quapropter circa huius mortificationem semper infistamus, si quæ *Colof. 3-* sursum sunt sapere, si quæ sursum sunt querere, si in Christo resurgere, & in eodem desideramus gaudere. Quod nobis largiarur Iesus Christus benedictus Dei filius. Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

Exercitium deuotissimum, quo spiritualiter cum Christo quis possit resurgere. Sermo 11.

Si consurrexi cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, si pote non que sunt super terram. Ad Colossenses III. Festivitates sanctorum fratres charissimi, cum omnium, tum præcipue sancti sanctorum, non modo ad gratulationem, verum ad imitationem quoque nos inuitant. Surrexit Christus, ei gratulamur. Surrexit propter iustificationem nostram, gaudemus pro nobis: nec tamen hoc solum est cuius hodierna nos commonet ac solennitas, Aliud quod non minus curandum

Rom. 4.